

mè iucundum est in eiusmodi magnalibus Dei versari magis, quàm plerisque alijs in suis opibus atque delicijs. Alacriter igitur ad scalam transmutationis tandem veniamus, ac videamus quid nam sit ex mète Paracelsi transmutatio. Tandem ad secundam huius operis partem transibimus, quæ Genealogiam narrabit mineralium.

De scala transmutationis. CAP. I.

ST rerum naturalium transmutatio, formarum suarum in alias alteratio, vt metallorum & lignorum in lapides, aut in vitrum; lapidũ in carbones, &c. Compertum est metalla sub terra, etiam in monetam excusa priùs, à natura fuisse quandoq; in lapideam substantiam versa, quæ suorum principum adhuc retinerent imagines; item quercuum radices fulmine, vel alia sideratione quavis ictas, in lapides veros transmu-